

rale, & animam perferutantem subtiliter principia naturalia, & naturæ fundamenta, & artificia, quæ consequi naturam possint, in suæ actionis proprietatibus, non inveniet hujus præciosissimæ scientiæ veram radicem.

5. ¶ Principiorum naturalium Metallorum triplex est differentia. Sunt enim quædam remotissima, quædam remota, sive media mineralia, alia vero immediata.
6. ¶ Omnia metalla ex Sulphure, & Vitriolo generantur.
7. ¶ Argentum vivum, & Sulphur commune, non sunt principia metallorum.
8. ¶ Materia prima, in hac arte, ea dicitur, quæ proxime accedit ad naturam metallicam.
9. ¶ Vitriolum proxime accedit ad naturam metallicam, quia sulphureum est, & in se habet virtutem minerali, ut convertatur in metallum.
10. ¶ Virtus mineralis, generandi metalla, est in sulphure luto, sine quo metalla nunquam generari possunt.
11. ¶ Hæres, quæ naturam salis & aluminis